

veri regulares. Sac. congreg. Episcop. et Regul. in *Tranen.* 28 Januarii 1603, et in decreto generali jussu Urbani VIII ab eadem sac. congregatione Episcop. et Regul. edito 12 Kal. Decemb. 1623, ibi: « Fueritque postmodum declaratum, etiam equites S. Joannis Hierosolymitani sub eodem decreto comprehendi. » (28. Unde episcopus potest procedere contra equites Hierosolymitanos, seu Melitenses, si accedant ad monasteria monialium contra formam dicti decreti generalis, ut resoluit sac. cong. Episc. et Regul. in *Parmen.* 29 Augusti 1614, et antea in *una d. Religionis*, 18 Februarii 1605, ac etiam in *Neapolitana* 12 Julii 1599, apud Nicolium in *Floscul.*, verb. *Hierosolymitani*, n. 3, ubi num. 6 affert alia decreta de eorum punitione in *Januen.* 14 Augusti 1584, et in *Co-sentina* 21 Julii 1640.

(29. Episcopus potest imponere censure aliasque pœnas non solum contra regulares, sed etiam contra omnes clericos et sæculares sine legitima facultate accedentes ad moniales. Sac. cong. conc. in *Viterbien.* 26 Junii 1627, et sac. congr. Episcop. in *Urbinate.* 10 Maii 1663, et in *una Civitatis Castellii* 16 Januarii et 10 Julii 1699, arg. cap. *Monasteria* 8, De vita et honestat. clericor.

(30. Episcopus potest imponere excommunicationem latæ sententiæ sibi reservatam, non solum contra quoscunque accedentes ad moniales, sed etiam contra moniales ipsas colloquentes cum illis, etiam pro monasteriis exemptis et subjectis regularibus, a qua excommunicatione nequeant superiores regulares absolvere, neque suos subditos, seu subditas incursas, ut expresse declaravit sac. congr. Concilii in *Viterbien.* 16 Junii 1627; in Decreto allato per extensum art. anteced., n. 94, et in *Auximana* 26 Junii 1658, apud Monacell. part. II, tit. 15, num. 16. Ubi addit quod sac. congreg. Episcop., in *Anconitana* 8 Novemb. 1585, decrevit quod episcopus posset accessum ad moniales prohibere etiam sub pœna corporis afflictiva.

(31. Decreta interdictionem allocutionem cum monialibus comprehendunt etiam abbatissam, ut pro quiete et utilitate monialium Urbis decrevit Alexander VII, constit. incip. *Sacrosancti*, in qua aperte declarat, quod sub nomine monialium in hac materia locutionis veniunt abbatissæ, priorissæ, aut officiales monasterii, et absolute censuit sac. cong. Concilii de anno 1654. Quæ ad dubium propositum per commissarium generalem ordinis Minorum S. Francisci: « An regulares ad dicta monasteria accedentes, et cum abbatissa alloquentes, incurrant pœnas in eisdem decretis inflictas, quas incurrunt regulares, qui accedunt et loquuntur cum aliis monialibus? Respondit « Regulares alloquentes cum abbatissa incurrere easdem pœnas. » Lib. XIX *Decretor.* pag. 425, apud Monacell., part. II, tit. 15, formul. 13, n. 17.

(32. Subcollectores accedentes ad colloquendum cum monialibus sine legitima li-

centia incurrunt easdem pœnas. Sacra congregat. Concil. in *Taurinen.* et in *Hipporegien.* 13 Maii 1628. (33. Judices non possunt sine legitima licentia accedere ad collocutorium monialium ad interponendum decretum in contractu puellæ sæcularis existentis in monasterio, alias muletari possunt etiam pœna pecuniaria. Sacra congreg. Concil. in *Anconitana* 18 Novembr. 1643, lib. XVII *Decret.*, pag. 525.

(34. Episcopus alique prælati, dum extra suam diœcesim reperiuntur, non possunt licite accedere ad moniales sine licentia ordinarii loci et superioris illarum, et si accedant incidunt in pœnas latas contra hujusmodi alloquentes sine dicta licentia. Tales enim extra proprium territorium censentur quoad hoc, ut personæ privatæ, sicuti præses extra suam provinciam; ita ex multis tenent Donat. *Prax. rer. regul.* tom. IV, tr. 6, quæst. 23; Tambur., *De jure abbatiss.*, disput. 25, quæst. 2; D. Cajetanus de Alexandris, in *Confessario monialium*, cap. 7, § 10, quæst. 6, ubi referunt sic decrevisse sacram congreg. Concilii in *Baren.* 20 Martii 1619 et ita expresse declaravit fel. recor. Benedictus XIV, Epistola encyclica incip. *Non senza*, me etiam in ipsa ad id citato in hunc locum. Vide infra n. 66, ubi affertur ad litteram dicta præceptiva epistola.

(35. Canonici cathedralis et capituli exempti accedentes ad moniales sine legitima facultate incurrunt censuras et pœnas ab ordinariis latas contra hujusmodi accedentes sine licentia. Sperell., dec. 21, n. 28, cum pluribus aliis ibi citatis, D. Cajetan. de Alexandris, l. c., quæst. 8, cum aliis ibi adductis et alii passim; episcopus enim in hac materia ex adductis decretis procedit ut Sedis Apostolicæ delegatus et omnes sibi subjicit, etiam privilegiatus et exemptos; et sic expresse decrevit sacra congreg. Episcop. in *Lucensi* 19 Januarii 1618.

(36. Peregrini et advenæ, si sine licentia loquantur cum monialibus, incurrunt censuras et pœnas latas ab ordinario contra hujusmodi alloquentes, quia episcopus in concernentibus materiam clausuræ monialium procedit ut Sedis Apostolicæ delegatus, non solum quoad loca, sed etiam quoad personas, ut patet ex declaratione sacre congregat. Concilii 20 Martii 1619 allata supra, n. 34. Adeoque peregrini et advenæ in concernentibus materiam clausuræ subjiciuntur æque episcopo, ac subjiciuntur Sedi Apostolicæ, et consequenter tenentur servare edicta episcopi prohibentia accessum ad moniales, non secus ac si essent edita a Papa, et si contrafaciant, incurrunt censuras et pœnas ab ipso latas; sic absolute tenet D. Cajetanus de Alexandris, l. c., qu. 10; Donat., l. c., qu. 22, n. 2; et alii contra Dianam, Pellizzarium et alios, et sic decrevit sac. cong. Episcop. in *Tranen.* 13 Julii 1618.

(37. Pauperes ostiatim mendicantes, si accedant sine expressa licentia ad moniales causa quærendi eleemosynam, secluso dolo, et scandalo, non incurrunt dictas censuras

et pœnas, quia præsumuntur accedere ex tacita licentia episcopi et in ipsorum brevissimo, et transeunte accessu cessant causæ finales, ob quas est facta hujusmodi prohibitio, et sic servat usus, et praxis communis. Sic Donatus, loc. cit., quæst. 25; D. Cajetanus de Alexandris, loc. cit., quæst. 14; Pellizzarius, loc. cit., cap. 5, n. 212.

(38. Sic etiam dictas censuras et pœnas non incurrunt famuli et famulæ sine expressa licentia deferentes munuscula ad moniales jussu suorum dominorum, seu dominarum, dummodo id faciant sine dolo et scandalo, quia tales tenentur suis dominis obedire, et pro similibus casibus præsumitur licentia tacita episcopi loci. Donat. loc. cit., qu. 72; D. Cajet. de Alexandris, l. c., qu. 14; Pellizzar., loc. cit., n. 113, et alii.

(39. Non debet permitti magistris accessus ad monasteria ad effectum instruendi moniales in sono et cantu, ut expresse declaravit sac. congr. Episcop. 13 Septembris 1583, his verbis: « Non permittatur accessus sæcularium ad monasteria monialium sub prætextu eas docendi sonum cymbalorum, aut alterius instrumenti, aut musicam, vel cantum, etiam ad crates. » Sic referunt Pignatell. tom. VI, consult. 83, n. 216; Gavant. in *Manual. episcop.*, verb. *Monialium collocutio*, n. 4; Donat., loc. cit., q. 26; et Nicolius, in *Floscul.*, verb. *Musica*, n. 5, sic habet expresse: « Non conceditur quod moniales possint a viris doceri, neque cantum, neque sonum, neque ad crates, neque ad portas. » Sac. congreg. Episcop. in *Agrigentina* 23 Aprilis 1602, et in *Parmen.* 8 Maii; et in *Regien.* 13 Julii ejusdem anni; in *Macerat.* 17 Febr. 1603; in *Messanen.* 10 Junii, et in *Anconitana* 15 Septemb. ejusdem anni; in *Neapolitana* 8 Novemb. 1604 et 5 Julii 1647. Nisi brevi tempore pro cantu Gregoriano. Eadem sac. congr. Episcop. 2 Aug. 1647, 15 Januar. 1649, 21 Jan. 1650, apud eundem, l. c., n. 5.

(40. Non debet permitti Hebræis accessus ad moniales. Sac. congreg. Episcop. et Regul. in *Ravennaten.* 26 Novemb. 1594, apud Nicol., in *Floscul.*, verb. *Hebræus*, n. 2, his verbis: « Non permittatur Hebræis accessus ad moniales, et accedentibus sine licentia infligatur exsilium a civitate et diœcesi. »

(41. Moniales regularibus subjectæ, alloquentes cum regularibus, etiam ejusdem ordinis licentiam legitimam non habentibus, incurrunt pœnas et censuras a conciliis provincialibus, vel edictis episcopalibus in similibus appositas, ex bulla Gregorii XV De exemptorum privilegiis incip. *Inscrutabili*; sic sac. congr. Concilii in *Veronen.* 29 Januarii 1633, in respons. ad 1 dub., apud Barbosa, in *Summa Apostol. decis.*, verb. *Moniales alloquendi prohibitio*, n. 9. Vide supra, n. 30.

(42. Regulares inventi alloquentes moniales absque legitima licentia possunt ab episcopo pœna carceris puniri, ut expresse decrevit sacra congr. Concilii in *Faventina* 7 Martii 1617, et iterum de anno 1629, sub

Urbano VIII, ad dub. 14, ubi cum quæreretur « an posita dicta constitutione (scilicet Gregorii XV, de exemptorum privilegiis incip. *Incrustabili*), regularis absque legitima licentia accedens ad monast. monialium regularibus subjectarum, ibique in loco colloquii destinato cum moniali colloquens, a diœcesano episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, coerceri et puniri possit? Sac. congregat. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit posse. » Quam congregationis sententiam Urbanus VIII ad se relatum approbavit, et postremo id. sancivit die 11 Maii 1669, approbante Clemente IX. Vide supra n. 16 et 17, ubi datur decretum per extensum.

(43. Loquens cum moniali de domo propinqua, aut via publica sita prope monasterium, probabilius, imo pro certo incurrit censuras et pœnas latas contra accedentes ad colloquendum cum monialibus, quia principaliter et per se primo prohibetur collocutio, accessus vero per accidens; finis enim hujusmodi accessus est collocutio, qua redita impossibili, non est qui desideret ad moniales accedere. Sic recte Donatus, loc. cit., quæst. 15, n. 2; Graffius tit. 1, cons. 22, *De excomm.* n. 23; Henriquez, lib. XIII, cap. 26, n. 22; Verricell., tract. 8, quæst. 66, n. 20; Felix Potestas, tom. I, part. II, n. 1473; Pasqualigus, in *Lauret.*, n. 1124; Merol. et alii contra Dianam, part. II, tract. 2, *De dub. regular.*, resol. 48; Tamburin., *De jure abbatiss.*, disp. 23, quæst. 8, n. 1; Pellizzar., *De monial.*, cap. 5, n. 214; D. Cajetan. de Alexandris, loc. cit., § 10, quæst. 1, et alios.

(44. Item dictas censuras et pœnas incurrunt loquens cum moniali per nutus et signa, quia conceptus mentales et animi passiones exprimuntur, et alteri significantur, nedum externa voce articulata, sed etiam signis et nutibus, ut patet in mutis et surdis. Sic recte Graffius, *De casibus reservatis*, lib. II, cap. 5, n. 33; Tamburin., loc. cit., in respons. ad tertium; Merola, tom. I, disp. 1, cap. 2, *De voluntario* 3, difficul. 593 et seq.; Diana, part. III, tract. 2, *De dub. regular.*, resol. 48; Donat., loc. cit., quæst. 14, n. 2; D. Cajetan. de Alexandris, loc. cit., quæst. 1 et plures alii, quos refert et sequitur Philip., *De privileg. ignorant.*, in appendic. ad cap. 4, n. 284.

(45. Item dictas censuras et pœnas incurrunt qui per interpositam personam loquuntur in præsentia monialis audientis, et per eandem interpositam personam respondentis; quia id in effectu idem est ac si cum ipsa moniali colloqueretur; loqui enim per se et per interpositam personam paria sunt quoad effectum intentum. Bordon., resol. 7, n. 70; Verricell., tract. 8, quæst. 66, n. 21; Donat., loc. cit., quæst. 14, n. 3 et seq.; Lezana in *Summa*, verb. *Moniales*, n. 20; Graffius, loc. cit., et alii contra Dianam, l. c., Pellizzarium, l. c., n. 215.

(46. Item dictas censuras et pœnas incurrunt qui loquuntur cum moniali audiente, sed non respondente, quia de ipso verifica-



tur, quod vere cum moniali loquatur, sive ipsa monialis respondeat, sive non: verum tamen est, quod dictas censuras et penas in tali casu non incurrit monialis audiens, et tacens, sicuti nec incurrit qui monialem sibi loquentem audit, et nihil respondet, quia censura, et poena est imposita contra loquentes, et non contra audientes. Graffius, tom. I, cons. 22, *De excommuni.*, n. 30; Diana, *loc. cit.*; Tamburin., *loc. citat.* in respons. ad secundum; Verricel., *loc. cit.*, n. 24; Pasqualig., *loc. cit.*, n. 1123; D. Cajetanus de Alexandris, *loc. cit.*, quæst. 1, et alii.

(47. Item dictas censuras et penas incurrit qui contra legem municipale, seu diocesanam id prohibentem, litteras scribit ad moniales; unde attendendæ sunt constitutiones particulares diocesium, et edicta episcoporum: nam in aliquibus diocesisibus, ut in Neapolitana et aliis adest prohibitio sub excommunicatione. Secus autem est dicendum pro illis diocesisibus ubi non adest talis particularis prohibitio. Donat., *loc. cit.*, quæst. 10, cum pluribus ibi citatis, et constitut. synodal. Neapolitana ibi adducta sub n. 5, et alii passim: decreta enim generalia loquuntur solum de accedentibus ad moniales alloquendas, non autem de scribentibus ad ipsas; alloqui enim est quid diversum a scribere, et a diversis non fit illatio. Bonaïna, *De clausura*, quæst. 3, punct. 2, n. 3; Diana, *loc. cit.*, resol. 48; Navar., *comm. 4, De regularib.*, n. 61; Sanchez, lib. vi *Moral.*, cap. 16, num. 117; Rodriguez, tom. I, quæst. 45, artic. 3; Nicol., *De monialib.*, quæst. 4, art. 5; Tamburin., *disp. 23*, quæst. 10; Barbosa, *De offic. et potest. episcop.*, part. III, allegat. 102, n. 81, et alii.

(48. Item dictas censuras et penas incurrit qui sine legitima licentia contra legem municipale et diocesanam loquitur cum novitiis, educandis, aliisque feminis intra clausuram degentibus. Donatus, *loc. cit.*, quæst. 17; Riccius, I part. *Prax.*, decis. 647; Graffius, lib. II, *De casibus reservat.*, cap. 53, et alii passim, et sic expresse habetur in cit. statut. synodal. Neapolitan., ibi: « Etiam si cum novitia, aut cum puellis, quæ educationis causa ibi commorantur. »

(49. Et de facto regulares sine legitima licentia loquentes cum prædictis, etiam præsciendenda a statuto synodali, seu edicto episcopi, incurrunt penas decreti sacr. cong. jussu Sixti V editi, ibi: « Ne dicti religiosi, alio quæsito colore, moniales, sorores, aut quamlibet aliam personam intra clausuram degentem alloqui possint; » et constitutionis Gregorii XV incip. *Inscrutabili*, ibi: « Si deliquerint circa personas intra septa degentes, » et decreti sacræ congregationis Concilii de anno 1669, 11 Maii approbati a Clemente IX, die 7 Junii ejusdem anni, et ejus jussu typis dati, et servari mandati, ibi: « Cum monialibus, aut aliis intra clausuram degentibus. » Vide supra n. 17, decretum per extensum.

(50. Licentiam concedere pro alloquendis monialibus, et aliis personis intra clausuram degentibus pro monasteriis episcopo subjec-

tis, vel Sedi Apostolicæ, ad quem spectet? Vide art. anteced. a n. 85 ad 87.

(51. Licentiam concedere pro monasteriis exemptis, et regularibus subjectis, ad quem spectet? Vide *ibidem*, a n. 88 ad 93, cum proportionaliter idem dicendum sit de licentia pro allocutione monialium, ac pro ingressu in clausuram.

(52. Unde, ut notant Matthæucci, *Official. curiæ*, cap. *Quoad allocutionem cum monialibus*, n. 6, constat, talem licentiam concedere non competere regularibus privative quoad ordinarios, et ordinarios licentia est semper necessaria ad licite moniales etiam regularibus subjectas alloquendas ex dispositione etiam sacræ congregationis Episcop. et Regular. quæ apud Pignat., tom. VI, consult. 85, n. 31, die 29 April. 1594, censuit, « quod moniales regularibus licet subjectas alloqui nemo possit absque licentia episcopi, vel ejus deputati, » quod et nuper declaravit sacra congregat. Concilii in *Bononiæ*. 17 Maii 1704, in responsione ad quartum, apud Monac., part. I, tit. 15, formul. 15, n. 14. Vide supra, n. 12.

(53. Ubi licentia datur ab episcopo, vel ejus vicario, et superiore regulari, non licet superiori regulari talem licentiam alterare, addendo vel aliquid adimendo. Sac. cong. Concilii in *Verulæ*. 29 Januarii 1633, apud Barbosam, in *Summa Apostolic. decis.*, verb. *Moniales alloquendi prohibitio*, n. 11, ibi: « Monialium regularibus subjectarum superiores subscribentes post episcopum vel ejus vicarium licentias eorum, qui ad collocutoria accedunt, vel clausuram ingrediuntur, non possunt quid excludere, addere, vel adimere ex illis quæ episcopus ipse, aut vicarius pro cura, et bono regimine clausuræ in licentiis præscribit et apponit. »

(54. Pro quo advertendum quod talis licentia pro monasteriis in civitate existentibus debet primo loco subscribi ab episcopo, seu ejus vicario, et postea a superiore regulari; pro monasteriis autem existentibus extra civitatem in diocesi debet priori loco subscribi a superiore regulari, et postea a deputato ab episcopo. Sic expresse sacra cong. Episcop. et Regul. in *Camerin.* 7 Martii 1617, prout patet in ejus decreto per extensum allato artic. anteced., n. 92.

(55. Edicta vero, quibus personis sæcularibus ad eadem monasteria monialium prohibetur accessus, subscribenda et publicanda sunt a solo episcopo privative quoad superiores regulares. Sic expresse ead. sacra congreg. in *d. Cameriniensi*, ibi: « Edicta vero quibus personis sæcularibus ad eadem monasteria monialium accessus prohibetur, ab episcopo duntaxat subscribenda et publicanda esse decrevit; » et nuper statut. etiam S. cong. Conc. in *Hyeracensi Visitationis* 26 Jan. 1692, in responsione ad 13, apud Monacell., part. I, tit. 11, formul. 19, n. 8.

(56. Regulares pro alloquendis monialibus etiam sibi subjectis in casibus permittis indigent licentia episcopi loci, et sui su-

perioris regularis, ita ut utriusque licentia debeat copulative concurrere. Donatus, l. c., tr. 6, quæst. 31, n. 5; Matthæuc. *Official. cur.*, cap. 3, n. 18, et constat ex decreto sacræ congreg. Episcop. et Regul. jussu Urbani VIII edito, et allato supra, n. 15.

(57. Regulares confessarii, et superiores, seu visitatores, si alloquantur moniales extra præcisam officii sui necessitatem, incidunt in penas privationis officiorum, vocisque activæ et passivæ. Sac. congregat. Episcop. et Regul. in *Ariminen.* 22 Januarii 1576; in *Januen.* 4 Maii 1618. Licet non alloquantur ad malum finem. Ead. sac. cong. Episcop. in *Placentina* 26 Januarii 1624. Nec possunt rehabilitari per suos superiores. Eadem sacra cong. Episcop. et Regul. in *una Venetiarum, et Nucerna* 14 Decemb. 1604, apud Nicolium, in *Flosculis*, verb. *Accessus*, n. 2.

(58. Habens licentiam loquendi cum una determinata moniali non potest loqui cum aliis, sicuti monialis non potest loqui, nisi cum illa persona quæ in licentia nominatur. Sacra cong. Episcop. et Regul. in *Comen.* 16 Martii 1593. (59. Unde patet quod licentia concessa uni regulari non extenditur ad socium, ut recte docent Cotinius, lib. IV, *controv.*, 7, n. 88; Matthæucci, *Official. curiæ*, cap. 3, n. 11, et alii contra alios; et concordant alia decreta supra allata, quæ prohibitionem alloquendi declarant in terminis universalibus negativis; ut « nulli religioso, nulli regulari liceat, etc. Nemo alloqui possit sine licentia », et hujusmodi. De socio enim verificaretur, quod loqueretur sine licentia, adeoque, etc.

(60. Iis quæ jam diximus supra n. 24 addenda sunt quæ tradit eruditissimus P. Gaudenius de Janua in egregio suo opere novissimi anno 1748 Romæ impresso, *De visitatione*, cap. 4, dubit. 11, sect. 5, n. 31, ibi: « Recolendum est itidem quod dictum fuit superius, sect. 4, n. 27, a prohibitionem alloquendi moniales exceptos esse superiores, tum provinciales, tum locales, confessariosque ordinarios, simul et extraordinarios, pro tempore exerciti muneris; resolutionem etenim ibi datam impugnat Monacellus aliter sentiens, et confessariis, qui sint presbyteri sæculares, consulens contrarium, quod nimirum moniales extra actum confessionis minime alloquantur, nisi aliqua necessitas, quæ bonum publicum monasterii respiciat, urgeret; » prout part. I, tit. 9, formul. 3, n. 11. Confessariis vero regularibus hoc idem districtè præcipiens deinde form. 5, n. 1 et 2, ex relato per se decreto in *Nolana* 21 Feb. 1617, quod ait reperiri in *Regesto*, sed locum non citat; ubi facto quæsito: « Num confessarius regularis monialium, ejusque socius, confessionis, et sacramentorum administrationis casibus exceptis, easdem moniales absque S. C. congregationis licentia alloqui valeant? » Refertur data responsio *Negative*. Verum hic considerandum obvenit, declarationem hujusmodi emanasse a sacra congregatione

Episcoporum et Regularium; supra quo non reflectit Monacellus. (61. At eadem S. cong. Episcop. ex motivo, fortasse, quod nonnisi cum maxima difficultate mandatum hujusmodi a superioribus, et confessariis observandum foret, illud, quatenus prius editum sustineatur, in posterioribus decretis revocavit; excipiendo a communi decreto non alloquendi moniales superiores dictos, atque confessarios tum ordinarios regularium, tum extraordinarios respective; atque præcipiens locorum ordinariis, ne superiores in casu, confessariosve ad monasteria accedentes ullatenus vexent; in decreto scilicet edito 20 Jul. anno 1640 in Alexandrina; et in littera data de anno 1641, 22 Novembris, archiepiscopo Amalphantano, sicut et in data prius episcopo Caputaquen. sub die 27 Septembris ejusdem anni 1641. Quæ omnia potuisset legere Monacellus apud Lantuscum v. *Allocutio monialium*, n. 7, prout plura legit et citavit apud eundem, quoties ad suum inserviant, et juvent intentum. (62. Posset adduci sane constitutio posterior Alexandri VII *Sacrosancta* 50, in *Bullar.* tom. V, data sub die 30 Mart. 1658, in qua prohibitio præfata, sub penis ibi taxatis, extenditur ad confessarios ordinarios et extraordinarios, superiores item eujuscunque gradus, seu visitatores, tam ordinarios quam delegatos, qui extra actum visitationum aut confessionum respective cum monialibus, etiam abbatis, priorissæ aut officiales monasterii fuerint, « colloqui præsumperint. » (63. Ubi notandum venit illud verbum « præsumperint. » Verumtamen constitutionem editam fuisse constat « pro quiete et utilitate monialium Urbis, regularium curæ subjectarum; » ut inibi in titulo et præambulo propter specialia motiva solerti pontifici nota, qua ratione fortasse Monacellus, quem certe non latebat, eam allegare desiit; licet Matthæucius ipsammet generaliter admittens, *Official. cur.*, cap. 13, n. 6, non advertat se contradicere sententiæ quam sustinuerat, cap. 3, n. 13. « confessarios videlicet, superioresque in prohibitionem alloquendi, etc., minime includi. » (64. An vero etiam in Urbe constitutio *Sancta* exacte observetur, non est meum investigare. Porro, quod in aliquibus actionibus, extra actum visitandi, atque audiendi confessiones, valeant regularium superiores et quoque confessarii alloqui moniales, nec non ad collocutoria accedere, invenitur decisum a S. C. Conc. recentius in *Mediolan.* 2 Jul. 1738: « Ad primum dubium, videlicet, quod superior regularis, vel ipsius delegatus possit et debeat intervenire contractibus per moniales initis, eisdemque privative consensum præbere, absque licentia et interventu protectorum, quatenus moniales sint regularibus subjectæ. » Inter fol. pub. p. 90, quod idem probatum legitur in fol. ejusdem Mediolanen. antea expositæ sub die 27 Maii ipsiusmet anni, pag. 82, § *Porro*, in fine.

(65. Et quia forte prætendebant episcopi, sive ordinarii, superioribus regularibus in



hujusmodi casibus necessariam præbere licentiam; oppositum habetur itidem resolutum in *Lycien. Clausuræ* 22 Septembr. anno 1742, ad dub. 18 et 19. Nempe, « quod regularis superior in quibuscunque contractibus, tam activis quam passivis, per notarium in locutoriis monasteriorum suo ordini subjectorum rogandis (salvo jure episcopi tribuendi licentiam pro rogatione eorumdem) possit interesse eisdem contractibus, absque licentia episcopi et in absentia superioris regularis, confessarius remaneat vicarius dictionum monasteriorum. » Inter fol. publ. ejusdem ann. pag. 136 et seq. Hæc ille præcisus verbis. Vide tom. IX, in *Appendic. ad Decreta SS. CC.* ubi habentur omnia resoluta dubia in dicta *Lycien. Clausuræ* 22 Septemb. 1742.

(66. Hic observanda venit novissima encyclicæ Epistola Benedicti XIV ut sequitur :

*Lettera circolare della Santità di Nostro Signore Benedetto Papa XIV agli arcivescovi, vescovi, et ordinarij dello Stato Ecclesiastico. Sopra l' accesso a' monasteri delle monache, che da alcuni si fa senza le opportune licenze.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.*

« Non senza grave molestia dell' animo nostro ci è stato da persone degne di fede riferito portarsi alle volte i prelati locali governatori delle città del nostro Stato a' monasteri delle monache, e parlare ancora liberamente con esse, senza avere chiesta, ed ottenuta l' opportuna licenza da' vescovi, ed ordinarij de' luoghi, contravvenendo alle disposizioni sinodali, o costituzioni episcopali nelle quali vien prescritto sotto le dovute pene il non accostarsi a' monasterj delle monache, e parlare con esse senza le opportune licenze; ello stesso praticarsi anche da prelati, e governatori, che essendo governatori d' una città, per qualche loro contingenza passano per un' altra, andando nella stessa maniera a' monasterj delle monache: pretendendo tutti i predetti di fare quanto fanno, col fondamento d'esser esenti dalle particolari costituzioni de' vescovi, ed ordinarij, che proibiscono l' accesso alle monache senza le opportune licenze. Nè noi abbiamo avuto difficoltà di prestar fede alle relazioni, ed esposizioni, che ci sono state fatte: avendo pur troppo, mentre eravamo vescovo di Ancona, e governavamo come arcivescovo la città di Bologna, stando a piè fermo in essa, veduto con nostro grave dispiacere succedere così sotto gli occhi nostri, poco, o nulla curando le nostre ammonizioni, ancorchè fatte con qualche calore.

« Non può negarsi, che nulla, o poco vi sarebbe da fare, se si avessero presenti le risoluzioni fatte da questi nostri tribunali, ed approvate ancora da nostri predecessori; avendo essi pensato a tutto ne' tempi pas-

sati, ed avendo essi in altri tempi anche saviamente provisto a tutto: ma perchè per lo più esse non si sanno, o, se si sanno, si prende l'impegno d' operare a capriccio, resta il peso in chi attualmente governa di rimetterle nella memoria degli uomini, ad inculcarne l'osservanza

« Ne' tempi passati non solo le sacre congregazioni coll'approvazione de' Sommi Pontefici nostri predecessori hanno stabilito quanto era d'uopo in ordine agli accessi de' regolari, che col fondamento della loro esenzione pretendevano di potere andare a' monasterj delle monache sottoposte alla loro giurisdizione senza l'opportuna licenza del vescovo; come può vedersi nel nostro trattato *de Synodo*, al lib. 7, cap. 31, n. 7, ove sono indicate, e riferite le accennate risoluzioni; ma altresì hanno pensato, e provisto al caso non che de' prelati, e governatori, ma de' vescovi, o che passano, o per accidente si ritrovino dimoranti in qualche altra città, o luogo ad altro vescovo sottoposto; ed hanno determinato, che non possano andare a' monasterj delle monache, e parlare con esse, senza prima aver fatte le dovute parti coll'ordinario del luogo; e queste individue risoluzioni sono anche indicate dagli autori moderni, come può vedersi nel Pellizzario, *De monialibus*, cap. 5, sect. 5, n. 210; nel Graziano, discept. 192, n. 1; nel Tamburrino, *De Jure abbatissar.*, disput. 25, quæst. 2, e nel Ferraris nella sua *Biblioteca*, tom. V, in verb. MONIALES, art. 4, n. 34.

« La custodia della clausura delle monache viene commessa dalle disposizioni canoniche al jus ordinario del vescovo locale ne' monasteri a lui sottoposti, ed al jus delegato ne' monasteri esenti, come fu stabilito dal nostro predecessore Papa Bonifazio VIII, nel cap. *Periculoso*, De statu monachorum, in sexto, che fu rinnovato dal sacro concilio di Trento, nel cap. 5, sess. xxv, *De regularibus et monialibus*; effetto, e sequela di questa custodia della clausura è la proibizione, che veruno si accosti ai monasterj delle monache, e parli con esse senza la dovuta permissione, e licenza del custode, il che porta seco, dover ciascheduno chiederla, ed ottenerla per poter andare ai monasterj, e parlare colle monache, e restare tutti sottoposti all' autorità direttiva della proibizione, come discorrono i citati autori, e come ancora si desume dalle passate risoluzioni. Queste sono da Noi pienamente approvate; e quando mai ve ne fosse bisogno (il che non crediamo) anche per via di nuova legge, determiniamo non poter i vescovi, che sono fuori della loro residenza, andare ai monasteri delle monache situati in altre diocesi, e parlare con esse, senza la dovuta licenza dell'ordinario locale, e nemmeno potere i vicelegati, ed i governatori locali ancorchè prelati, andare ai monasterj delle monache situati nel loro governo senza la predetta licenza, nè tampoco ai monasterj situati fuori del loro governo in altri luoghi, ne' quali abitassero,

o pe' quali in occasione di viaggio fossero obbligati a passare.

« Poc' anzi s' è detto, essere tutti questi sottoposti all' autorità direttiva delle costituzioni de' vescovi proibenti l' accesso ai monasterj delle monache senza l' opportuna licenza: perchè essendo i predetti esenti dalla loro giurisdizione ordinaria, restano esenti dalla forza coattiva della loro giurisdizione, ch' è lo stesso che dire, dalle pene da essi imposte contro i trasgressori, giusta la riposta del nostro predecessore Clemente III, nel cap. *A nobis* 21, De sententia excommunicationis: Ed acciò da questa esenzione non derivi qualche inconveniente, nel caso di cui si tratta, ordiniamo, che quando mai in avvenire (il che non crediamo) succedesse, che taluno de' sopradetti andasse ai monasterj delle monache, e parlasse con esse senza la loro licenza contro lo stabilito ne' sinodi episcopali, o nell' episcopali costituzioni, o bandi, ne diano parte a Noi, o alla congregazione de' Vescovi, e Regolari, che non si lascerà di prendere le dovute misure per vendicare l' autorità vescovile dispregiata: E tanto più volentieri ci applichiamo a questo temperamento, perchè lo vediamo abbracciato, e stabilito, nel caso di doversi procedere dagli ordinarij contra gli esenti, ed immediatamente soggetti alla Sede Apostolica, dal nostro predecessore Giovanni XXII, nel cap. *Cum Matthæus*, De hæreticis, nelle stravaganti comuni, e dall' altro nostro predecessore Eugenio IV, nel cap. *Divina*, De privilegiis, pure fra le stravaganti comuni. Ed ecco quanto abbiamo creduto necessario di dover fare. Resta ora a voi, venerabile fratello, il conservare nella vostra cancellaria questa nostra lettera, notificarne il tenore nella maniera che crederete più propria a chiunque deve essere notificata, pubblicandola in quel modo che crederete opportuno; ed invigilare per l' esecuzione della medesima, mentre Noi abbracciandovi, diamo a voi, ed al gregge alla vostra cura commesso l' apostolica benedizione.

« Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die trigesima prima Octobris, millesimo septingentesimo quadragesimo nono, pontificatus nostri anno decimo. »

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(67. Plures hic occurrunt quæstiones, eæque frequentissimæ. Prima est, an episcopus, vel alter superior ordinarius concedere valeat regularibus quibuscunque, etiam non conjunctis in primo et secundo gradu, licentiam alloquendi moniales? (68. Tractat inter alios hanc quæstionem P. Gaudent. a Janua, *De visitat.*, tom. 1, cap. 4, dub. 11, sect. 4, n. 28, et affirmativam tenet sententiam. (69. Præcipue ex hoc movetur, quod S. congregatio Concilii interpretes anno 1669, et rursus anno 1672 decrevit: regulares alloquentes moniales, sine licentia ordinarii, puniendos esse ab eodem ordinario et peccare mortaliter. Hinc enim infert d. sacram

congregationem supponere, quod ordinarius valeat regularibus licentiam concedere alloquendi moniales. (70. Sed quidquid in utramque partem in hac quæstione dici possit, videtur amplectenda hæc affirmativa sententia, attenta praxi; nam ubique fere locorum ordinarii licentias basce alloquendi moniales concedunt regularibus.

(71. Altera quæstio est an pœnæ statutæ contra regulares alloquentes moniales sine licentia ordinarii, locum sibi vindicent, si regulares, sine licentia ordinarii novitias, educandas, et inservientes, quæ in monasteriis cum monialibus degunt, alloquantur? (72. Affirmative autem cum auctore n. 49 respondendum videtur, attentis decretis anno 1623 et 1669 editis a sacra congregatione Concilii interprete, iisque a S. Sede approbatis, in quibus disertis verbis habetur, haud posse regulares, sine debita licentia, alloqui moniales, aut alias quaslibet personas intra clausuram degentes. Meritoque Pater Gaudentius a Janua, *De visitat.*, tom. I, cap. 4, dubitat. 11, sect. 3, n. 29, reprehendit Graffium, Donatum et Monacellum tenentes, sub prohibitione alloquendi moniales non venire novitias.

(73. Tertia quæstio est an ordinarius regulares alloquentes moniales punire possit aliis pœnis, præter illas contentas in decretis SS. congregationum?

(74. Et quidquid contradicat P. Gaudentius a Janua, *De visitat.*, tom. I, cap. 4, dubitat. 11, sect. 4, num. 29, verior videtur sententia affirmativa Monacelli, *Formular. legal. pract.*, tom. I, tit. 11, formul. 19, n. 5, utpote innixa pluribus resolutionibus sacrarum congregationum ab ipso allegatis. Et convenit etiam auctor n. 42.

APPENDIX EDITORUM CASINENSIIUM

*Ad superiorem et ad præsentem articulum de clausura monialium.*

(1. Nomine clausuræ intelligitur spatium illud quod continetur intra januam monasterii semper clausam, seu, quod idem est, intelligitur locus ille qui continetur clausa monasterii janua ad quem externi accedere nequeunt et extra quem moniales non possunt egredi sine violatione præcepti, vel etiam voti, dum clausuram ex voto servare tenentur; ut ex constit. Summi Pontificis Gregorii XIII incip. *Deo sacris*, ibi: « Neque itidem licere monialibus, etiam tertiariis, egredi janua monasterii, quæ est pro clausura ipsius monasterii, etiam ad claudendam aliam ulteriorem januam, per quam patere solet aditus sæcularibus venientibus ad rotam vel ad crates seu loca colloquiis destinata, quæ vulgo *parlatoria* vocantur, vel ad pulsandam ipsam januam clausuræ; quæ loca, cum saltem pro causis prædictis patere soleant sæcularibus, extra clausuram censeri debent etiam tempore quo clausa sunt. » Bonacina, *De clausura*, quæst. 1, punct. 1, n. 1.

(2. Unde appellatione clausuræ venit to-